

1431. a Martio

Ex Mus. Aub. Fran. Aug. Regni.

Eugenii Papa IV. Epistola ad Sigism. M. Ducem Litor.

87.

23

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio, No-  
bili Viro Sigismundo Duci Lithvanie, Hungarie, Duci salutem et  
Apostolicam Benedictionem. Provenit ex tua Devotionis affectu,  
quo Nos et Romanam Ecclesiam reverens, ut petitiones tuas, illas  
præsertim, quæ anime tue salutem respiciunt, ad exauditionis grati-  
am admittamus. Hinc est, quod Nos tuis supplicationibus inclinati,  
ut Confessor quem duxeris eligendum, omnium peccatorum tuorum,  
de quibus corde contritus et ore confessus fueris, semel tantum in  
mortis articulo plenam remissionem tibi in sinceritate fidei, uni-  
tate sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac obedientia et devotione nostra  
vel Successorum Nostrorum, Romanorum Pontificum canonice in-  
stantium persistenti Auctoritate Apostolica concedere valeat, devo-  
tioni tue tenore presentium indulgemus. Sic tamen quod idem  
Confessor de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda,  
eam tibi per te, si supervixeris, vel per Heredes tuos, si tunc  
forte transiveris, faciendum injungat, quam tu, vel illi facere  
teneamini ut præsertur. Et ne quod absit, propter hujusmodi grati-  
am reddaris prædivior ad illicita impofterum committenda, volu-  
mus, quod si ex confidentia remissionis hujusmodi aliqua forte  
commideres, quo ad illa prædicta remissio tibi nullatenus suffra-  
getur, et in super quod per unum Annum à tempore quo primò  
Nostra Confessio ad tuam notitiam pervenerit, computandum singulis  
Sabbatis feriis impedimento legitimo cessante, jejunes, quod si prædi-  
ctis feriis ex præcepto Ecclesiæ regulari observantia injuncta pe-  
nitentia voto, vel alias jejungere teneris, una alia die singularium  
Septimanarum ejusdem anni, quo ad jejunandum id præmitti-  
tur, non sis astrictus, jejunes et si in dicto Anno, vel aliqua ejus  
parte esses legitime impeditus, anno sequenti, vel alias, quam  
primum poteris modo simili supplere hujusmodi Jejunium te-  
nearis. Porro si forsitan alias præfatum Jejunium in toto, vel in  
parte quancumque commode adimplere nequiveris, eo casu  
Confessor idoneus, quem ad hoc elegeris Jejunium ipsum in alia  
Pietatis opera, prout unimæ tue salutis expedire viderit, commutare va-  
leat, quæ pari modo debeas adimplere. Alioquin hujusmodi præsentis  
Nostræ Confessio nullius sit roboris, vel momenti. Nulli ergo omni-  
no hominum liceat hanc paginam Nostræ Concessionis, et volunta-  
tis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
attemperare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et De-  
atorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursumum.  
Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini



Italia Romana.

*Supra Regem III. Augusti ad Vindob. M. Augusti*

Dominice millesimo Quadringentesimo Trigesimo primo. Pontifi-  
catus Nostri Anno primo.

*Relatio Insuper Capitanu*

*Camereusiu*

*Relatio Insuper Capitanu*

*Camereusiu*

*Relatio Insuper Capitanu*

*Camereusiu*

*Relatio Insuper Capitanu*

*Camereusiu*

*Relatio Insuper Capitanu*

*Camereusiu*

*Relatio Insuper Capitanu*

*Camereusiu*

*Relatio Insuper Capitanu*

*Camereusiu*

*Relatio Insuper Capitanu*

*Camereusiu*